

Ogólnopolski Konkurs Translatorski „O Wawrzyn Klemensa Janickiego”

Instytut Filologii Klasycznej Uniwersytetu im. Adama Mickiewicza w Poznaniu
serdecznie zaprasza do udziału w Ogólnopolskim Konkursie Translatorskim
„O Wawrzyn Klemensa Janickiego”.



Przedmiotem konkursu jest przekład wiersza łacińskiego na język polski. Uczestnicy mogą wybrać jeden lub więcej spośród 20 utworów starożytnych i renesansowych zaproponowanych przez organizatorów. Konkurs ma charakter otwarty, a prace będą oceniane w dwóch kategoriach: 1. uczniowie szkół średnich; 2. pozostali uczestnicy.

Najważniejsze daty

- **kwiecień 2016 r.** – ogłoszenie konkursu
- **30 września 2016 r.** – termin nadsyłania prac konkursowych
- **25-26 listopada 2016 r.** – oficjalne ogłoszenie wyników i wręczenie nagród laureatom

Wszelkie informacje na temat konkursu i obchodów Jubileuszu 500-lecia urodzin Klemensa Janickiego znajdują się na stronie Instytutu Filologii Klasycznej UAM: ifk.amu.edu.pl

Kontakt: raf.ros@wp.pl, tel. 618294623.

Regulamin Ogólnopolskiego Konkursu Translatorskiego „O Wawrzyn Klemensa Janickiego”

1. Organizatorem konkursu jest Instytut Filologii Klasycznej Uniwersytetu im. Adama Mickiewicza w Poznaniu.
2. Patronat Honorowy nad konkursem sprawuje Prezydent Miasta Poznania, pan Jacek Jaśkowiak.
3. Przedmiotem konkursu jest przekład wiersza łacińskiego na język polski. Organizatorzy konkursu dokonali wyboru 20 wierszy poetów klasycznych i renesansowych, które mogą zostać przełożone w ramach konkursu. Wiersze dostępne są na stronie: ifk.amu.edu.pl w zakładce „Jubileusz Klemensa Janickiego”.
4. Forma przekładu jest dowolna.
5. Konkurs ma charakter otwarty. Mogą w nim brać udział wszystkie zainteresowane osoby. Prace będą oceniane w dwóch kategoriach: 1. uczniowie szkół średnich; 2. pozostali uczestnicy.
6. Warunkiem uczestnictwa w konkursie jest nadesłanie na adres organizatora przekładu jednego lub więcej wierszy w formie wydruku komputerowego w 4 egzemplarzach.
7. Prace należy opatrzyć godłem. Do prac należy dołączyć opatrzoną tym samym godłem zaklejoną kopertę z danymi identyfikującymi Autora: godło oraz imię, nazwisko, adres, telefon, adres poczty e-mail (jeżeli uczestnikiem jest uczeń szkoły średniej, należy to również zaznaczyć i podać nazwę szkoły oraz klasę).
8. Każdy autor może przesać maksymalnie 5 utworów, przy czym każdy utwór musi być opatrzony innym godłem.
9. Prace należy przysyłać do 30 września 2016 r. (decyduje data stempla pocztowego) na adres: Instytut Filologii Klasycznej, Uniwersytet im. Adama Mickiewicza w Poznaniu, ul. Fredry 10, 61-701 Poznań, z dopiskiem „Konkurs translatorski”.
10. Oceny nadesłanych utworów dokona powołane przez organizatora jury.
11. Uroczyste ogłoszenie laureatów i wręczenie nagród nastąpi podczas konferencji naukowej pt. *Poeta Laureatus. Życie i dzieło Klemensa Janickiego w 500 rocznicę urodzin*, która odbędzie się w dniach 25–26 listopada 2016 roku w Poznaniu.
12. Dane kontaktowe organizatorów: raf.ros@wp.pl, tel. 618294623.

ZAŁĄCZNIK DO REGULAMINU
Ogólnopolskiego Konkursu Translatorskiego
„O Wawrzyn Klemensa Janickiego”

Wiersze łacińskie

Horacy

Carmina I 32

Poscimus. Si quid vacui sub umbra
lusimus tecum, quod et hunc in annum
vivat et pluris, age, dic Latinum,

barbite, carmen,

Lesbio primum modulate civi,
qui, ferox bello, tamen inter arma,
sive iactatam religarat udo

litore navem,

Liberum et Musas Veneremque et illi
semper haerentem puerum canebat
et Lycum nigris oculis nigroque
crine decorum.

O decus Phoebi et dapibus supremi
grata testudo Iovis, o laborum
dulce lenimen, mihi cumque salve
rite vocanti.

Horacy

Carmina II 10

Rectius vives, Licini, neque altum
semper urgendo neque, dum procellas
cautus horrescis, nimium premendo
litus iniquum.

Auream quisquis mediocritatem
diligit, tutus caret obsoleti
sordibus tecti, caret invidenda
sobrius aula.

Saepius ventis agitur ingens
pinus et celsae graviore casu
decidunt tures feriuntque summos
fulgura montis.

Sperat infestis, metuit secundis
alteram sortem bene praeparatum
pectus. Informis hiemes reducit
Iuppiter, idem
summovet. Non, si male nunc, et olim
sic erit: quondam cithara tacentem
suscitat Musam neque semper arcum
tendit Apollo.

Rebus angustis animosus atque
fortis appare; sapienter idem
contrahes vento nimium secundo
turgida vela.

Owidiusz

Tristia V 8, 1-20

Non adeo cecidi, quamuis abiectus, ut infra
te quoque sim, inferius quo nihil esse potest.
Quae tibi res animos in me facit, improbe? Curue
casibus insultas, quos potes ipse pati?
Nec mala te reddunt mitem placidumque iacenti
nostra, quibus possint inlacrimare ferae;
nec metuis dubio Fortunae stantis in orbe
numen, et exosae uerba superba deae.
Exigit a dignis ultrix Rhamnusia poenas:
inposito calcas quid mea fata pede?
Vidi ego naufragium qui risit in aequora mergi,
et "numquam" dixi "iustior unda fuit."
Vilia qui quondam miseris alimenta negarat,
nunc mendicato pascitur ipse cibo.
Passibus ambiguis Fortuna uolubilis errat
et manet in nullo certa tenaxque loco,
sed modo laeta uenit, uultus modo sumit acerbos,
et tantum constans in leuitate sua est.
Nos quoque floruimus, sed flos erat ille caducus,
flammaque de stipula nostra breuisque fuit.

Ovidiusz

Amores III 15

Quaere novum vatem, tenerorum mater Amorum!

raditur hic elegis ultima meta meis;

quos ego composui, Paeligni ruris alumnus—

nec me deliciae dedecuerunt meae—

siquid id est, usque a proavis vetus ordinis heres,

non modo militiae turbine factus eques.

Mantua Vergilio, gaudet Verona Catullo;

Paelignae dicar gloria gentis ego,

quam sua libertas ad honesta coegerat arma,

cum timuit socias anxia Roma manus.

atque aliquis spectans hospes Sulmonis aquosi

moenia, quae campi iugera pauca tenent,

'Quae tantum' dicat 'potuistis ferre poetam,

quantulacumque estis, vos ego magna voco.'

Culte puer puerique parens Amathusia culti.

aurea de campo vellite signa meo!

corniger increpuit thyrso graviore Lyaeus:

pulsanda est magnis area maior equis.

inbelles elegi, genialis Musa, valete,

post mea mansurum fata superstes opus!

Propertius

Elegiae I 12

Quid mihi desidia non cessas fingere crimen,
quod faciat nobis Cynthia, Roma, moram?
tam multa illa meo divisast milia lecto,
quantum Hypanis Veneto dissidet Eridano;
nec mihi consuetos amplexu nutrit amores
Cynthia, nec nostra dulcis in aure sonat.
olim gratus eram: non ullo tempore cuiquam
contigit ut simili posset amare fide.
invidiae fuimus: num me deus obruit? an quae
lecta Prometheis dividit herba iugis?
non sum ego qui fueram: mutat via longa puellas.
quantus in exiguo tempore fugit amor!
nunc primum longas solus cognoscere noctes
cogor et ipse meis auribus esse gravis.
felix, qui potuit praesenti flere puellae
(non nihil aspersus gaudet Amor lacrimis),
aut, si despectus, potuit mutare calores
(sunt quoque translato gaudia servitio).
mi neque amare aliam neque ab hac desistere fas est:
Cynthia prima fuit, Cynthia finis erit.

Fedrus

Fabulae III 17: Arbores in Deorum Tutela

Olim quas uellent esse in tutela sua
diui legerunt arbores. Quercus Ioui,
at myrtus Veneri placuit, Phoebus laurea,
pinus Cybebae, populus celsa Herculi.
Minerua admirans quare steriles sumerent
interrogauit. Causam dixit Iuppiter:
"Honorem fructu ne uideamur uendere."
"At mehercules narrabit quod quis uoluerit,
oliva nobis propter fructum est gratior."
Tum sic deorum genitor atque hominum sator:
"O nata, merito sapiens dicere omnibus.
Nisi utile est quod facimus, stulta est gloria."
Nihil agere quod non prosit fabella admonet.

Fedrus

Fabulae III 18: Pauo ad lunonem de uoce sua

Pauo ad lunonem uenit, indigne ferens
cantus luscinii quod sibi non tribuerit;
illum esse cunctis auribus mirabilem,
se derideri simul ac uocem miserit.

Tunc consolandi gratia dixit dea:

"Sed forma uincis, uincis magnitudine;
nitor smaragdi collo praefulget tuo,
pictisque plumis gemmeam caudam explicas."

"Quo mi" inquit "mutam speciem si uincor sono?"

"Fatorum arbitrio partes sunt uobis datae;
tibi forma, uires aquilae, lusciniio melos,
augurium coruo, laeua cornici omina;
omnesque propriis sunt contentae dotibus.

Noli adfectare quod tibi non est datum,
delusa ne spes ad querelam reccidat."

Klemens Janicki

Epigrammata 8: De corona rosacea hieme sibi missa

Missa corona mihi est mediae sub frigore brumae,

Candida, de vernis continuata rosis.

Sit quamvis gelida Cracovia nostra sub Arcto,

Urbs etiam aestivo frigida saepe die.

Floscule dic, quibus es, dic floscule, natus in hortis?

Num de Paestano es tam cito missus agro?

„Ne mirere; suo nunc me Elsula iussit in horto

Florere. Est vernus, qua venit illa, dies”.

Huic formae fera servit hiems, huic sidera et aër.

Arbitrio mutas, Elsula, cuncta tuo.

Quando tibi parent sine sensu elementa deique,

Quid mirum, imperio si rotor ipse tuo?

Klemens Janicki

Epigrammata 9: De corona pinea

Quae nuper roseam dederas mihi laeta coronam,
Cur nunc misisti pinea sarta mihi?
Numquid vis, a te spinis ut pellar acutis,
Et tuus est ad me debilitatus amor?
An potius viridem fieri vis semper amorem,
Quem fortuna queat laedere nulla, meum,
Quem fortis non mutet hiems, mala nulla fatigent
Multaque amatori damna ferenda viro?
Hoc erat, hoc illud; faciam, per signa quod optas,
Ut nolim, formae cogor honore tuae.
Semper erit viridis meus hic amor, aethera testor,
Haec tua si facies florida semper erit.

Klemens Janicki

Epigrammata 22: Coturnices, quas amicae dono mittit

O nos felices, quamvis sint mortua nobis
Corpora, formosae cum ferimur dominae!
Fas erit ergo manu nive candidiore teneri
Laudarique tuis, Elsula, blanditiis.
Fas erit illa in se convertere lumina summam
Nata in Ianicii lumina perniciem.
Ergo, quod cuperet viventum turba virorum
Plurima, id occisis contigit alitibus.
O poteras nobis, auceps, eludere vitam
Iamdudum, si mors talis habenda fuit!

Jan Kochanowski

Ad Petrum

Nugae profecto sunt merae,
Meraeque, Petre, fabulae,
Quae de volucris fonte equi
Vates vetusti gariunt.
Vinum est, poetas quod facit
Et blanda dictat carmina;
Aquam bibentibus nihil
Insigne Musa subicit.
Horum locuples, o Petre,
Testis vel ipse sim tibi,
Qui sobrius possum nihil,
Nisi immerentem dentibus
Cunctator unguem rodere.
Sed paulo ubi plus adbibi,
Animusque concaluit mero,
Statim moveri sentio
Praecordiis in intimis
Innumera versuum agmina
Erumpere gestientia.

Jan Kochanowski

In deos falsos

Aetas prisca virum divitias lovem,

Vires Latoidem corporis integras,

Formae munera alumnam

Vasti credidit amoris

Largiri Venerem: cor sapientia

Praestans atque animum consilii uberem

Aspirare putarunt

Matris Pallada nesciam:

Arma interque tubas Martis erat dare

Pectusque intrepidum vimque animo parem;

Quassas Tyndaridarum

Servare in pelago rates.

Horum ne umbra quidem est nunc reliqua omnium

Fallaces deos fictaque numina

Caeco condidit Orco

Tempus cuncta redarguens.

At tu, magne parens orbis et arbiter

Naturae, veluti principio cares,

Sic expers quoque finis

Vives omnia secula.

Te nos non pecudum sanguine, sed prece

Casta prosequimur cordeque simplice:

Tu placatus amicis

Adversa omnia mollies.

Jan Kochanowski

In villam Pramnicam

O villa celsis aemula turribus,
Quas ad rapacis flumina Vistulae
 Sceptris Polonorum potitus
 Martigena aedificasse Cracus.
Fertur, benigni villa Matheovii
Erecta sumptu, nunc dominum parem
 Hero priori nacta, magni
 Miscovium columen senatus,
Salve: laborum perfugium, parens
Tranquillitatis, pax animi, quies
 Molestiarum, mater otii,
 Hospitiumque novem sororum.
Dotale pratum Chloridos aureae,
Quod nec perennes deficiunt aquae
 Nec flabra pernicis Favonii
 Aethereos moderantis aestus
Tuis amicis fontibus et tuo
Secessu amoeno longum utinam tuus
 Herus fruatur vividamque
 Sustineant vegetus senectam.

Andrzej Krzycki

Expostulatio secum amantis

Iam sacri venere dies, quibus anxia turba

Expiat ore scelus, me tamen urit amor.

Iam terrent animum, quae declamator in aede

Dira tonat sacra, me tamen urit amor.

Iam caelo vernante novo terraque calore

Omnia mutantur, me tamen urit amor.

Iam sum sollicitus, iam res ago semper in aula,

Otia devitans, me tamen urit amor.

Iam loca mutavi, mentem mutare feruntur

Intervalla viae, me tamen urit amor.

Iam delere novo veterem temptavimus ignem,

Fertur et hoc fieri, me tamen urit amor.

Denique iam quod me docuisti exstinguere flammam

Naso poeta sequor, me tamen urit amor.

Sed postquam nulla cura vitare nec arte

Iam queo, quin miserum me meus urat amor,

Quid faciam invito puero? - Puer iste reluctat -

Et quod amare iuvat, non ego stultus amem?

Quin iam exurat amor nostras hac lege medullas,

Dum quod erat Thebis Iuppiter esse queam.

Andrzej Krzycki

Carmen sapphicum

Virgo Sismundi nova nupta regis,
Scis Deus qualem tibi dat maritum?
Cuius insignis penetravit atros

Fama sub Indos.

Cui dedit pulchrum Venus alma vultum
Et caput Pallas pietasque mentem,
Quidque victrices agitat secundo

Marte triumphos.

Iuno sacrarum dea nuptiarum,
Iuno clamosi medicina partus,
Iuno supremi soror atque cara

Nupta Tonantis,

Tuque plorantem iuveni puellam,
Quae toro sistis violasque zonam,
Clara Cypreae Bromiique proles

O Hymen, Hymen,

Euge felici properate gressu
Nuptias magni celebrare regis,
Ut bona nobis bonus inde crescat

Arbore fructus.

Jan Dantyszek

In Copernici libellum epigramma

Has artes teneris annis, studiosa iuventus,
Discito, mensuras quae numerosque docent!
Praemia namque feres suscepti magna laboris,
Ad caelum monstrant haec tibi scripta viam.
Qua patet immensis spatiis pulcherrimus orbis,
Si metas horum cernere mente voles;
Sidera vel quamquam caeli regione vagentur,
Aeterni cursus quas habeantque vices;
Cur luna involvat caeca caligine fratrem,
Cur lunae usuram lucis et ille neget;
Venturos etiam casus quae fata gubernent,
Quas populis clades astra inimica ferant;
Haec si nosse voles, prius est doctrina tenenda,
Quam breviter tradunt haec elementa tibi.
Cumque hominum mentes, quae caelo semina ducunt,
Errent a patria sede domoque procul,
Haec doctrina ipsas terrena mole solutas
Caelesti reduces rursus in arce locat.

Jan Dantyszek

Hymni: Ad lectorem

Non novem sororibus,
Apollini nec hos paramus hymnos,
Ungula latex equi
Retectus hic non influit volantis.
Iste puncta continet
Cruenta Christi vulnerum libellus,
Passionis et crucis
Necem probrosam, quam subivit insons,
Huncque nuper editum
Piis damus lectoribus legendum.
Nil moramur impios
Eosque, qui probata cuncta temnunt.
Hoc rudi caractere
Satis pii factum sibi putabunt.
Auctor hic modestiae
Studens placere, nomen abdicavit,
Non pudore vel metu,
Sed arrogantia timens notari;
Nam nihil nisi sacrae
Crucis volebat institor videri.

Stanisław Hozjusz

Lectori

Commoda Tytides quam plurima fecit Achivis,
Commoda Romanis Scipio multa tulit.
Commoda discipulus Graiis tulit ille Platonis
Commoda Romuleis Tullius atque tulit,
Viribus ingenii postremi, Marte priores.
Corporis haud vires Roterodamus habet,
Sed quod ad ingenium spectat, iam cedat uterque,
Cedant Ausonii, cede Pelasga cohors.
Nam, Cicero, Erasmus superas aetate, sed arte
Dicendi harena cedere iure potes.
Quare qui cupitis melle ut Sirenibus atque
Blandis persimilis dictio vestro fluat,
Huc, huc, o celeri, moneo, contendite cursu,
Huc dicto citius, suadeo, ferte pedem.
Lecto hoc, se quoties Erisichtone Metra creata
Verba et res toties nam variare quitis.
Hoc et Amaltheae vobis dabit omnia cornu
Quae vultis, pigeat ne relegisse modo.
Est bene limatum, nec quod desideret, ullus
his habet in summa, volvite, commodum erit.

Maciej Kazimierz Sarbiewski

Ad suam testitudinem

Sonora buxi filia subtilis,
Pendebris alta, barbite, populo,
Dum ridet aër, et supinas
Sollicitat levis aura frondes.

Te sibilantis lenicr halitus
Perflabit Euri: me iuuet interim
Collum reclinasse, et virenti
Sic temere iacuisse ripa.

Eheu ! serenum quae nebulae tegunt
Repente caelum! quis sonus imbrium!
Surgamus. Heu, semper fugaci
Gaudia praeteritura passu!

Maciej Kazimierz Sarbiewski

Ad amicos

Vixi canoris nuper idoneus
Vates Camenis: iam citharae vetor
Sermone defunctumque longo
Barbiton ingeminare cantu.

Iam feriata fistula cum lyra
Dependet unco: rumpite tinnula
Vocalis argenti, sodales,
Fila supervacuosque nervos.

O quae coruscantum atria siderum
Servas, et aurei leve perambulas
Mundi pavementum, molestae
Pelle, Themis, studium Minervae.